

# T R I C H O C E N T R U M.

**CHAR. GENER.** Perianthii resupinati sepala patentia, aequalia, libera. Labellum obovatum, sessile, cum columnae marginae anteriore conatum, basi in calcar longum attenuatum. Columna brevis, ob nexum cum labello cyathiformis, margine superiore utrinque longe ciliata. Anthera postica, ad medium pilosa, bilocularis. Pollinis cereacei massae duae, caudicula communi bifida, operculo glandulae stigmatis rostrato.

## TRICHOCENTRUM PULCHRUM. TAB. CXV.


*Crescit rarissime, semel tantum lectum in arborum vetustarum truncis Peruviae orientalis ad praedium Pampayaco. Floret Julio.*

**DESCRIPTIO.** Herba perennis, acaulis, speciosa, adhaeret arborum truncis radicibus parvis, filiformibus, teretibus, simplicibus, extus suberosis, intus carnosus, succulentis, albidis, digitum longis. Rhizoma nullum sed squamae nonnullae vaginantes, truncatae, rigidae, laeves, nitimarginalium cum columna concretum, in calcar cylindricum, longe attenuatum, acutissimum, vacuum, foramine pervium, ovarium fere adaequans elongatum. Columna labello fere triplo brevior, cum ovario continua, per margines anteriores labello adnata, inde cyathum fingens, in marginibus lateralibus horizontalibus ciliarum carnosarum planarum, aequalium serie simplice cristata, postice excavata pro anthera verticali, ovata, hemisphaerica, latere posteriore ad medium usque pube pilosa rigide obsessa, intus biloculari. Massae pollinis geminae cereaceae, caudiculae

dae, cinnamomeae foliorum basin amplectentes floremque emittentes omni stirpis aetate persistunt. Folia pauca, duo vel tria, basi incrassata, cava, lamina oblonga, obtuse acuta, interdum mucronata, plana, univervi, nervo supra impresso, subtus tenuiter carinato percursa, carnosio coriacea, obscure viridia, nitida, laevigata, pollices quatuor longa, pollicem unum lata. Flores radicales ima basi iisdem quibus folia circumdantur squamis cineta, vaginis duabus vel tribus in acumen lanceolatum desinentibus, semipollicaribus inferne inclusi, sessiles. Ovarium erectum, leviter flexuosum, basin versus sensim tenuius, quadrangulare, angulis acutis, haud marginatis, tres fere pollices longum. Perianthium aperto campanulatum, magnum, colore candido et sanguineo varium, horizontale. Sepala libera, patentissima, invicem aequalia, ovali elliptica, sessilia, acutiuscula, dorso convexa, superiora haud carinata, sola basi marginibus sibi incumbentia, tenuiter membranacea, disco multinervia, marginem versus costato venosa: supremum reliquis parum latius, magis concavum, dorso carinatum: inferiora labello haud supposita. Labellum erectum, obovatum, basi cuneatum, apice emarginatum, antice duplicato crenatum, membranaceum, lamellis carnosis adpersum, disco concavo, laevissimo, incrassato, margine calloso et anguloso superne valde prominente undique circumdato praeditum, lateribus reflexum, basi antice ope callorum disci communi bifidae insidentes, nec sulcatae neque bilobae. Operculum glandulam stigmatis cum caudicula jungens ovale, convexum, rostratum.

*Explicatio tabulae CXV.* TRICHOCENTRUM PULCHRUM. — 1) Sepalum supremum uti sequentes analyseos partes duplo auctum. 2) Labelli lamina usque ad lineam nexus columnae. 3) Flos sepalis dentis a latere visus. 4) Columna postice visa. 5) Anthera quater aucta superne visa. 6) Ejusdem fabrica interior. 7) Pollinis massae.





*Trichocentrum pulchrum.*